



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum solis sacerdotibus liceat sacramenta Eucharistiæ
populo ministrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de
sacramentum, sed quando sacerdos profert verba consecrationis super debitam materiam cum intentione conferendi tunc concurrunt omnia quae sunt de necessitate sacramenti: ergo vere consecrat, sed qua ratione iste consecrat eadem ratione & alius qui eadem verba simul profert similiter intentione, quare &c. Nec sunt duas consecrationes, sed una, quia virtus diuina potest secundum suum beneficium producere aliquem effectum per ministrium unius vel plurium.

16 AD Primum argumentum dicendum, quod quando plures proferunt simili verba consecrationis super eandem materiam nullus coram facit totum, sed virtus diuina assistens est quae facit totum quandocumque cum ministerio unius, quando cum ministerio plurium, sicut habetur prima causa questione, i. cap. non nocet. Vbi dicitur sic: Eucharistia & alia quae cum in altario ponuntur non ab homine, sed a Deo sanctificationem accipiunt.

17 Ad secundum argumentum dicendum, quod ratio bene procederet si in sacramentis esset virtus creata quae secundum se sufficeret ad effectum huius sacramenti, hoc est ad facendum, quod corpus Christi esset in hoc sacramento, sed non est ita, immo ad hoc solum attingit virtus diuina. Deus enim nihil facit frustra, & ideo ex eius ordinatione non est quod plures virtutes concurrant vbi una sufficit & totum facit.

QVÆSTIO QVARTA.
Vtrum foliis sacerdotibus liceat sacramentum Eucharistie populo ministrare.

Thom. 3. q. 82. ar. 5.

Tertiò queritur, utrum sacerdotibus liceat sacramentum Eucharistie populo ministrare. Et arguitur quod non: quia ad integratatem sacramenti Eucharistie pertinet consecratio corporis Christi sub forma panis, & sanguinis sub forma vini, sed diaconi habent officium dispensandi sanguinem, ergo similiter habent officium dispensandi corpus Christi. Minor patet per illud quod dicit B. Laurentius diaconus B. Sixto Papa: videlicet quod ei comiserat dominici sanguinis dispensationem.

2 Itē dispensatio huius sacramenti non consistit in materiae consecratione que requirit ordinem sacerdotalem in consecrante (vt dictum iurius prius) sed consistit in sola traditione. Sed istud, vt videtur, potest cōpere simpliciter laico qui potest cum dignitate suscipere, cum non sit maius dignus tradere quam dignè suscipere, ergo videtur quod hoc sacramentum conuenit simpliciter laico ministrare. Et sic confirmatur, quia si simplex laicus inueniret corpus Christi cecidisse in lutis, graue esset dicere, quod non licet ei ipsum levare, sed qua ratione posset hoc facere, posset eadem ratione alteri ministrare, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM arguitur sic, per illud quod habetur in decretis de consecratis, dist. 2. cap. peruenit. Vbi inhibetur expresse ne etiam infirmi sacerdotes per laicos hoc sacramentum transmittant. & 2. dist. dicitur, quod non oportet diaconum dare panem, id est corpus Christi. Et si diaconus hoc non debet, multo minus inferiores ministri vel laici.

4 RESPONSO. Circa questionem istam videntur sunt tria. Primum est an laicus liceat corpus Christi alias ministrare. Secundum est an hoc liceat diaconis & inferioribus ministris an solo sacerdoti. Tertium est an recipiens hoc sacramentum a sacerdote excommunicato, vel heretico, vel forniciario peccet.

5 Quantum ad primū dicendū est quod nulli laico quantumcumque sancto, liceat hoc sacramentum aliis ministrare. Cuius ratio est, quia secundū Dion. lex diuinitatis est infinita ad suprema per media reducere. Cū ergo populus laicus reducatur in deū per administrationē sacramentorum in quibus cōfertur gratia sufficiētibus ea si sint bene dispositi. Hæc reductio secundū diuinā ordinationem debet fieri per ministros ecclesiæ, qui sunt mediū inter deū & populum, & non per laicos, qui in gradu ecclesiastico tenet infimū locū quatinuscumque sint magni meriti. Veruntamen quia baptisimus est sacramentum summū necessitatis maxime quantum ad parvulos, qui sine baptismō salvari non possunt, ideo vbi non est presens sacerdos, aut alius minister, & periculum mortis evidenter imminet parvulo, licetum est tunc laico parvulum baptizare, sed sacramentū eu-

Sancto Porciano

charisti non est tantum necessitatis, quia vbi deest minister sufficit deo toro & cōtrito recipiēdi ipsum, propter quod in nullo casu licitum est laico eucharistiā ministrare.

6 Quantum ad secundū sciendum est, quod diaconus cum ordinatur consecratur ad ministerium, sicut habetur in decretis, i. dī. diaconus est enim proprius minister sacerdotis, unde sicur diaconi est cōferte materia consecrandā, sic eius est ferre seu ministrare sacerdoti circa materiam consecrati, unde vbi consuetudo est, quod sacerdos cōmunicat extra altare, sicut semper facit Papa in missis solemnibus diaconus portat ei sanguinem in calice, & sic minister ei sanguinem ad communicandū mediante tamen calice, corpori autem Christi sumit papa per scipium, & non per ministerium diaconi, quia cum omnia quae immediatē tangunt hoc sacramentū sint & debeat esse consecrata propter excellentiam sacramenti, diaconus cuius manus non sunt consecratae non debet hoc sacramentū immediatē tangere, & fortiori ratione inferiores ministri.

7 Vidimus tamen oculata fide pluribus vicibus, quod in missis in quibus diaconi cardinales cōmunicat de manu pape quod postea vnuus de diaconis cardinalibus manibus propriis accipiebat corpus Christi & dabat clericis capella pape, quanvis essent presentes presbyteri cardinales & multi prelati qui potuerint hoc facere, utrum autem hoc esset bene factū an malè relinquatur iudicio meliori: credo tamen quod decentius fuisset factū si per vnu ex presbyteris cardinalibus fuisset corpus Christi ceteris ministrari. Verū si sacerdos non sit presens vel sit infirmus seu impotens & aliquis parochianus de cuius vita probabilitate timeatur, petat hoc sacramentū sibi ministrari, in hoc casu creditibile est quod liceat diacono corpus Christi ministrare, maxime si super hoc extet licentia episcopi vel presbyteri. Si autem infirmus esset sacerdos, tunc per diaconum posset sibi portari eucharistia mediante vase, & ipse sacerdos debet eam manibus propriis accipere & sumere, & non de manibus diaconi, nisi sacerdos esset sic infirmus & impotens quod propriis manibus non posset eam suscipere & ad os suum fine periculo portare.

8 Quantum ad tertium sciendum est, quod ab excōnicatis hereticis & schismaticis, non licet hoc sacramentum accipere, quia cum sint per sententiam præcis ab ecclesia, & maximē quantum ad administrationē sacramentorum, quicunq; participar eis in huius sacramenti susceptione inobedientis est ecclesia & peccat mortaliter. De forniciatis distinguendum, quia aut sacerdos est forniciarius occultus, & tunc non est vitandus in misa, nec in administrationē sacramentorum, aut est notorius per sententiam latam contra ipsum, vel per cōfessionem propriam factam in iure, vel per rei evidentiam que nulla tergiversatione celari potest, & tunc est vitandus, nec licet ab eo audire missam nec recipere ecclesiastica faciat. At tunc enim suspensus est non solum quantum ad scipium sed quoad alios, ut habetur extra de cohabitatione cler. & mulierum cap. vii.

9 Ad primū arg. dicendum, quod ad diaconum pertinet

hoc sacramentum ministrare medianibus vasis, sed non

immediatē tangere nisi in casibus supradictis: & quia san-

guis ministratur semper mediante vase, ideo diaconus di-

citur dispelator domini sanguinis, nec est simile de cor-

po quod immediatē tangit dum dispensatur.

10 Ad secundū dicendum, quod ad reverentiam huius sacra-

menti non solum requiritur sanctificatio in orum, sed etiā

sacramentalis sanctificatio, quia omnia quae immediatē

applicantur ad sacramentum sunt benedicta seu sacra,

vt dictum fuit, & quia laicus quatinuscumque sanctus caret

tali sanctificatione, ideo ad confirmationem non licet lai-

co hoc sacramentū dispensare. Si tamen laicus inueniret

hoc sacramentū cecidisse in lutis, & non esset presens sacer-

dos diaconus, vel inferior minister, liceret laico eucha-

ristiā sic inuentu tollere & portare ad sacerdotem, quia hoc

permitteret ad reverentiam, & non ad dispensationem.

QVÆSTIO QUINTA.

Vtrum heretici sint tolerandi.

Thom. 2. 2. q. 11. ar. 5.

Q Vantum ad secundum principale, scilicet de ha-

reticis queritur, Vtrum heretici sint tolerandi.

Et arguitur quod sic, quia peius est negare totam

fidem